

Georg Schede


**Lectori Pio omnia, quaecunq[ue] Vere Christiani vota sunt aut esse possunt, ab  
Immanuele Nostro meritissimo pro novi anni voto, fibritus apprecor ac voveo**

Rostochi[i]: Richelius, [1648]

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn742550001>


Druck Freier  Zugang





DK-9453 (1)

*Ex  
Bibliothecae  
Academicae  
Rostochiensis*



Inhalt:

(Progr. 1631) G. Schedius, Metaphrasis poet. Feschajahu proph. coniectionum.  
Tenebrae in obitum Gust. Adolphi Suec. reg. .. habita a G. Schedio, Rector Sch. Gustr. 1633.  
Lemus Regius, Das ist Schmelde Klag: u. Trauer Schrift üb. d. Eintritt .. Gustr. Adolphi .. Autore G. Schedio. 1633.

Progr. 1646. (Lectorum ad ont. invitat Rector Sch. Gustr. etc)

1648.

1649 (Jan., März, Dec.)

1650. (1. Aug. II Nov.)

1652.

1653.

1655.

1658. (1. Oct. u. Von Lecture.)

1663.

Natales Reipublicae Meclenburgicae sacri. Gustr. 1666.)

Joh. Schultzeanus, De mysterio pietatis.  
mit Praes. G. Voigtii, Gustr. 1671.  
(Vom Gedächtnis)

Hucht, Disp. log. de formali enunciationis redupl. et spec. sub praes.

G. Voigtii, Rectoris .. defendet. Gustr. (1671.)

Wagner, De oraculis Sibyll. sub pr. Voigtii .. def. Gustr. (1672.)

Progr. 1702. (Contra indifferentiam religionum.)

F. Otto, Theses log. resp. Daleke. Gustr. 1706. Editio II. 1710.

De veritate rel. christ. .. resp. Stark. Gustr. 1710.

In alterum jubilaum Lutherianum .. Gustr. 1717.

Laetare laudis sacrificium .. datuma novellis Athenaei Gustr. Collegis. (1717)

Thesium misc. decadem .. moderator F. Otto Rector. prop. D. Sandow. G. 1717.

Triumph. Lied .. 2. Luth. Jubel. Fest. .. G. (1717)

Festum transl. Bild. Luth. germ. .. celebr. .. in vrb. Richter. Gustr. Rector. (1719.)

Cantata .. (1719)

Progr. 2. Festum sac. II Augustanae Confessionis .. in vrb. .. (1730)

Cantata .. (1730)

Progr. 2. Geburtstagfeier des Herzogs 1731. (Richter, De Henrico Leone)

1732. (Di Alberto et Johanne)

[1733 steht ill. 885]

1734. (De rebus Meclenburgicis)

Ns. Progr. 2. Geburtstagfeier d. Herzogs 1718 ff. u. a. siehe ill. 74.

Progr. z. Geburtstagsf. des Herzogs. 1735. (Richter etc.)

1736. ( " " )

1737. ( " " )

1738. ( " " )

1739. ( " " )

1741. ( " " )

1743. ( " " )

1744. ( " " )

1745.

1746.

1747.

~~1848~~ Severi *Stamus bucolicum* ed. Richter. 1747.

1749.

1750.

Philippi Juliae Ducis Rom. diarium itineris ed. Richter. 1750.



Lectori Pio omnia,

*quacunq;*

Vere Christiani vota sunt

aut esse possunt,

*ab*

IMMANUELE  
NOSTRO

meritissimo


*pro novi anni voto, fibritus apprecor*

*ac voto.*

— (o) —

ROSTOCHI

Typis Johannis Richelii, Senat: Typogr:





**S**alutavimus hactenus cunas *mellilli nostri papulicum* pia  
Pastorum turba. Vidimus illum fascis non salum involutum,  
sed etiam virtute Spiritus Sancti per fidos Dei Praecones evolutum.  
Obtulimus ei cum Magis Aurum obedientiae & subiectionis; Thus pre-  
cum & adorationis; & Myrrham crucis, & si ejus honorem concernat,  
vitae profusionis.

Causam hujus nativitatibus Moses explanat. Fuit autem illa trans-  
gressio mandati Divini, in loco omnium amenissimo, terrestri Paradi-  
so. Variis ille arboribus visu pulchris, fructusq; ad vescendum aptos  
ferentibus erat consitus. Felicem te *Adame*, si in tantâ delicatissimo-  
rum ciborum copiâ non luxuriales visa arbore pomifera, tibi interdi-  
cta! Felicem te, si neq; tu *Suadæ* conjugis obtemperasses, sed & illam à  
Diabolo persuasam, tuo, quod in ipsam habebas, imperio in viam sanam  
reduxisses! Nulla sanè vobis mors, nulla calamitas, nulla tristitia, nulla  
solicitudo, nullus timor fuissent expectanda, nulla horum nobis degu-  
standa. Mera securitas, pax, gaudium animi, sanitas corporis, felix re-  
rum omnium successus vos & omnes vestros posteros exceperissent. Non  
autem hic statuendum est, vel totum mundum fuisse Paradisum, vel  
magnam eius partem, cuius peripheria complectatur Syriam, Meso-  
potamiam, Babyloniam, Indiam, Arabiam, Ægyptum, Æthiopiam,  
Palæstinam, regna ut amenissima, ita amplissima, ut vulgò hactenus  
multi crediderunt. Sententiæ huic, quæ est Clariss. Polycarpi Lyleri,  
Parentis, assurgunt verba Moysi, qui refert v. 24. c. 3. DEUM collocas-  
se ante Paradisum voluptatis Cherubim, qui gladium flammeam vi-  
brantes hominibus novè creatis eorumq; liberis, per peccatum inobe-  
dientiæ & superbiæ à Deo avulsis, eiusq; & Sanctorum Angelorum ho-  
stibus factis, in Paradisum forte an irrumpere volentibus, masculè se op-  
ponerent: Jam si Cherubim Paradisum ab irruptione, quocunq; illa  
modo fieri posset, gladio flammeo versatili ivere defensum, neq; eos  
unquam inde recessisse Sacrae literæ produnt; neminis suada tanti erit  
roboris, quæ vel Damascum Syriæ metropolin, vel ullam ex denomina-  
tis


his partibus Orientalibus Paradisum fuisse nobis persuadere possit. Nisi quis eò dementia prolapsus somnare velit, fratricidium à Caino in Abele patratum in Paradiso contigisse, cum pleriq; Theologorum veterum existiment, in loco, in quo post diluvium Damascus condita fuit, illum fuisse casum: Mittimus hæc Judæorum & aliorum somnia, dum nugantur, Paradisum plantatum fuisse in altissimis montibus, ne aquæ diluvii illuc penetrare potuerint; & ad quem locum rapti Henoch & Elias ibi ad diem usq; novissimum afferentur. Perinde & horum, qui eum supra Oceanum propè Circulum Lunarem collocant, ut inde aquæ dulces in omnem terram depluant & desuant, Nec non istorum qui ejus locum statuunt extra Tropicos, vel sub Æquatore, ubi summa sit aëris temperies, nec ullus vel coloris vel frigoris excessus. His, inquam, missis Moysi expressa verba sequuti statuisimus, fuisse certum terræ locum; in cujus vicinâ populus Dei habitavit, ut admonerentur expulsionis, & cogitarent quid amississent, perinde & hunc Paradisum Deus Adamo signum esse voluit, ut, quoties oculis gladium flammeum versatilem intueretur, toties, quem locum quibus gaudis repletum amississet, quemq; omnibus miseris refertum eius loco recepisset, in memoriam sibi revocaret. Nobis sit solatio alium hortum longè amariorem per Christi meritum nobis & omnibus piis esse in cœlis plantatum, quem Angeli & omnes pii incolunt. Ab hoc nemo, nisi accedere nolens, arcetur à Cherubim, sed eum summa ab iisdem latitiâ excipitur, teste ipsa Veritate CHRISTO, dum affirmat, Gaudium magnum esse in cœlo super uno peccatore resipiente. Hunc Paradisum, ut tandem ad rem, homo ob prævaricationem non solum amiserat, sed etiam aeternæ morti adjudicatus erat. JUSTITIA sententiam (c. 2. 17. Gen.) à Jehova dictam ut executioni daret, Deum ἀποδοῦν τὴν ἀμειψίαν multo argumentis sollicitare; Contrà pro homine MISERICORDIA, non sponte lapsa, sed Diaboli versutia ad peccandum adducto, perquam summissa ad Dei thronum devoluta intercedere; nec prius recedere, donec à Filio Dei, quod petebat, obtineret. Fide se, met hic *lufforem* ultro hominis, suæ non ita pridem imaginis misertus PATRI stitit, usq; dum post 3964. annos, Anno M. C. ætat. Augusti 62. Imperii 42. Archelai Tetrarchæ I. reverà illud, quod in Paradiso sponderat, implevit, & assumpta in benedictæ suæ Matris utero carne nostrâ

nostrâ, verus Homo factus tandem mori pro nobis sustinuit, PATRI  
nos placato restituit, omnesq; æternum salvos, quotquot suum verâ  
fide meritum amplectuntur, fore jurat, expetit, desiderat.


De hac materiâ, quæ ab hoc tempore non abludit, differendum  
duximus, pietate adducti; & officii ratione admoniti; in theatrum in-  
ducturi JUSTITIAM ob mandati divini transgressionem Protoplastos  
æternæ morti & poenis infernalibus adjudicantem; Et MISERICOR-  
DIAM pro iis redimendis humillimè interpellantem. Expedient dua-  
bus Oratiunculis, illius quidem LUCAS COCH; hujus vero DAVID  
MATTHÆUS SCHUTZ, vicem obeuntes, in prof; in ligatâ carmine  
heroico Misericordiam quoq; loquentem introducet GEORGIUS  
MELTZer: HEINRICUS JOACHIMUS BERNDES carmine itidem  
heroico, effectum optatum addet, CHRISTUM terris exhibitum se-  
cundum tria tempora descripturus. Et quia ejusmodi Orationes rectè  
carent Insinuatione & petitione, prout & sub calcem *Ἐλεησίνης*, ad  
Auditores directâ, visum nobis est argumenti enarratorem assumere  
SAMUELEM ARNOLDI, Epilogi verò JOHANNEM SCHIRMEI-  
STERUM, omnes GUSTROVIENSES præter penultimum, qui BOY-  
ZENBURGENSIS.


Has ad diem VII. Januarii, Hora IX. <sup>recitatur</sup> per me Nobiliss.  
Ampliss. Consultiss. Admodum Reverendos, Clarissimos Prudentiss. Huma-  
niss. Viros, omnesq; polioriori literaturæ addictos, ut tantillum temporis  
negotiis suis detractum, auscultationi harum in auditorio Scholæ con-  
suetæ, dare haut gravatim velint. Melius sane de studiis publicis mereri  
non poterunt. *ὅτι ἐἴς διὰ τὸς ἄλλους ὁ ἀμύνασθαι τῆς σχολῆς* Ipsi etiam  
Adolescentes hanc humanitatem, & candidum de exercitiis his Schola-  
sticis judicium, suis & aliis depradicabunt, Et nos grata omnibus &  
singulis obsequia pro viribus ut præstemus, sua gratiosa frequentia de-  
merebuntur. Bene valete nobisq; favete. Gustro VI. d. Januarii.  
Anno 1648.

M. Georgius Schedius, Sch.  
Gustr. P. r. Rector.









his partibus Orientibus Paradisum fuisse nobis persuasum  
quis eò dementiæ prolapsus somnare velit, fratricidam  
Abele patratum, in Paradiso conjugisse, cum pleriq; The-  
rum existiment, in loco, in quo post diluuium Damascus  
illum fuisse casum: Mittimus hæc Judæorum & ali-  
dum nugantur, Paradisum plantatum fuisse in altissimi  
aquæ diluuii illuc penetrare potuerint; & ad quem locum  
& Elias ibi ad diem usq; novissimum afferventur. Peri-  
qui enim supra Oceanum propè Circulum Lunarem co-  
aquæ dulces in omnem terram depluant & desfluant, &  
qui ejus locum statuunt extra Tropicos, vel sub Æquat-  
sit aëris temperies, nec ullus vel coloris vel frigoris ex-  
quam, missis Moysi expressa verba sequuntur statuimus, fu-  
ræ locum; in cujus viciniam populus Dei habitavit, ut  
expulsionis, & cogitarent quid amississent, perinde & h-  
Deus Adamo signum esse voluit, ut, quoties oculis gladi-  
versatilem inueneretur, toties, quem locum quibus gaudi-  
misset, quemq; omnibus miseris refertum eius loco re-  
moriam sibi revocaret. Nobis sit solatio, alium hortu-  
niorem per Christi meritum nobis & omnibus piis es-  
tatum, quem Angeli & omnes pii incolunt. Ab hoc  
cedere nolens, arceatur à Cherubim, sed eum summa al-  
excipitur, teste ipsa Veritate CHRISTO, dum affirmat,  
gnum esse in cœlo super uno peccatore respiciente. He-  
ut tandem ad rem, homo ob prævaricationem non solum  
etiam æternæ morti adjudicatus erat. JUSTITIA sententia  
17. Gen.) à Jehova dictam ut executioni daret, Deus  
ἀμεπίκλητον multis argumentis sollicitare; Contra pro-  
SERICORDIA, non sponte lapsa, sed Diaboli versutia  
adducto, perquam summissa ad Dei thronum devoluta in-  
prius recedere, donec à Filio Dei, quod petebat, obtin-  
met hic *lufforem* ultro hominis, suæ non ita pridem ima-  
PATRI stitit, usq; dum post 3964. annos, Anno M. C. æt  
Imperii 42. Archelai Tetrarchæ I. reverà illud, quod in-  
ponderat, implevit, & assumpta in benedictæ suæ Matri

